



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

105. De visitandis à Presbytero infirmis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

habeant familiaritatem , nec ullum male loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuant : quia frequenter per hanc indecentem occasionem contigit ut diabolus , qui infidatur sicut leo in cubili suo , de ruinis servorum Dei insultet. Si quis vero Clericus post interdictum Episcopi sui inlicitis familiaritatibus extranearum seminarum voluerit inhærere , à communione habeatur alienus.

De eadem re. *Ex Concilio Nannetenſi , capitulo vi.*

Concil. Nannet. c. 3.  
Lib. 7. Capitular. c. 291.  
Burchard. lib 2. c. 116.

**C IV.** Inhibendum & modis omnibus interminandum est ut nullus sacerdos eas personas seminarum , sicut & in canone insertum continetur , de quibus suspicio esse potest , in domo sua habeat. sed neque illas quas canones concedunt , ( quia instigante diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur , aut etiam in pedissequis illarum ) scilicet matrem , amitam , sororem. Sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem cui sit necessitas sustentatio Presbyteri , habeat in vicino aut in villa domum longe à Presbyteri conversatione , & ibi eis subministret quæ necessaria sunt. Sed & hoc secundum auctoritatem canonicam modis omnibus prohibendum , ut nulla femina ad altare præsumat accedere aut Presbytero ministrare aut infra cancellos stare aut sedere.

De visitandis à Presbytero infirmis.  
*Vnde suprà.*

Concil. Nannet. c. 4.

**C V.** Cùm sacerdos audierit aliquem in-

firmari in sua plebe , quām citiū ad eum per-  
gat , & ingressus cubiculum , aquam benedi-  
ctam super eum & per omne cubiculum asper-  
gat , cum antiphona *Asperges me Domine*  
& versu *Exurgat Deus.* Deinde dicat oratio-  
nem : *Deus qui sacerdotibus tuis tantam p̄a ce-*  
*teris gratiam contulisti.* Deinde cantet septem  
psalmos cum precibus pro infirmis. Post hæc  
omnes jubeat extra cubiculum secedere . &  
adpropinquans lecto quo infirmus decubit ,  
eum blandè lenitèrque alloquatur , ut omnem  
spem suam in Deo ponat , ut flagellum Dei pa-  
tienter toleret , ut hæc ad purgationem & ca-  
stigationem suam provenire credat , ut pecca-  
ta sua confiteatur , ut emendationem promit-  
tat , si Dominus vitam concederit , pœnitén-  
tiā pro culpis commissis spondeat , ut sub-  
stantiam suam , dum adhuc sensus & ratio in  
eo viget , disponat , ut peccata sua elemosynis  
redimat , ut his qui in se peccaverunt indul-  
geat , ut rectam fidem & credulitatem teneat ,  
ut de Dei misericordia nunquam desperet.  
Cùm his & hujuscemodi allocutionibus fuerit  
mens infirmi relevata , data benedictione sa-  
cerdos recedat , non post multum reversurus ,  
détque locum ut ægrotus de peccatis suis pos-  
sit cogitare.

De infirmis qui confitentur peccata sua & se  
reconciliari exposcunt. *Ex quo suprà.*

C V I. Infirmitas , qui necessitate mortis ur-  
guente confitetur peccata sua , sub ea condi-  
tione à sacerdote reconcilietur , ut si ei Domi-  
nus vitam donaverit sanitatemque reddiderit ,

E iiiij

Burchard.  
lib. 18. in ar-  
gumento.

Concil. Nan-  
net. c. 5.  
Burchard. lib.  
18. c. 3.